

## CAPUT XLIX.

Jacob moriturus singulis filiis suis benedixit: quorumdam tamen benedictione ob peccata in maledictionem & acrem ob-jurgationem versa, futura illis praedicta: tandemque declarato sepulturae suae loco, moritur.

1. Vocavit autem Jacob filios suos, & ait eis: Congregamini, ut annunciem quae ventura sunt vobis in diebus novissimis.

2. Congregamini, & audite filij Jacob, audite Israel patrem vestrum:

3. Ruben primogenitus meus, tu fortitudo mea, & principium doloris mei: prior in donis, maior in imperio.

\* Sup. 35. 22. 1. Par. 5. 1. 4. Effusus es sicut aqua, non crescas: quia ascendisti cubile patris tui, & maculasti stratum eius.

5. Simeon & Levi fratres: vasa iniquitatis bellantia.

\* Sup. 34. 25. 6. In consilium eorum non veniat anima mea, & in cœtu illorum non sit gloria mea: quia in furore suo occiderunt virum, & in voluntate sua suffoderunt murum.

\* Jer. 19. 1. 7. Maledictus furor eorum, quia per-tinax: & indignatio eorum, quia dura: dividam eos in Jacob, & dispergam eos in Israel.

8. Iuda, te laudabunt fratres tui: manus tua in cervicibus inimicorum tuorum, adorabunt te filij patris tui.

\* 1. Par. 5. 2. 9. Catulus leonis Iuda: ad praedam filij mi ascendisti: requiescens accubisti ut leo, & quasi leona, quis suscitabit eum?

\* Matt. 26. Joann. 1. 45. 10. Non auferetur sceptrum de Iuda, & dux de femore eius, donec veniat qui mittendus est, & ipse erit expectatio gentium.

11. Ligans ad vineam pullum suum, & ad vitem, ô fili mi, asinum suam. Lavabit in vino stolam suam, & in sanguine uvæ pallium suum.

12. Pulchriores sunt oculi eius vino, & dentes eius lacte candidiores.

13. Zabulon in littore maris habitabit, & in statione navium pertingens usque ad Sidonem.

14. Issachar asinus fortis accubans inter terminos.

15. Vidit requiem quod esset bona: & terram quod optima: & supposuit humerum suum ad portandum, factusque est tributis serviens.

16. Dan iudicabit populum suum sicut & alia tribus in Israel.

17. Fiat Dan coluber in via, cerastes in semita, mordens ungulas equi, ut cadat ascensor eius retro.

18. SALUTARE tuum expectabo Domine.

19. Gad, accinctus praelibitur ante eum: & ipse accingetur retrorsum:

20. Aser, pinguis panis eius, & praebebit delicias regibus.

21. Nephthali, cervus emissus, & dans eloquia pulchritudinis.

22. Filius accrescens Ioseph, filius accrescens & decorus aspectu: filiae discurrerunt super murum.

23. Sed exasperaverunt eum, & iurgati sunt, invideruntque illi habentes iacula.

24. Sedit in forti arcus eius, & dissoluta sunt vincula brachiorum & manuum illius per manus potentis Iacob: inde pastor egressus est, lapis Israel.

25. Deus patris tui erit adiutor tuus, & omnipotens benedicet tibi benedictionibus caeli desuper, benedictionibus abyssi iacentis deorsum, benedictionibus uberum & vulvae.

26. Benedictiones patris tui confortatae sunt benedictionibus patrum eius: donec veniret desiderium collium aeternorum: fiant in capite Ioseph, & in vertice Nazarei inter fratres suos.

27. Benjamin lupus rapax, manè comedet praedam, & vespere dividet spolia.

28. Omnes hi in tribus Israel duodecim: haec locutus est eis pater suus, benedixitque singulis, benedictionibus propriis.

29. Et praecepit eis, dicens: Ego congregor ad populum meum: sepelite me cum patribus meis in spelunca duplici quae est in agro Ephron Hethaei,

30. contra Mambre in Terra Chanaan, quam emit Abraham cum agro ab Ephron Hethaeo in possessionem sepulchri.

31. Ibi sepelierunt eum, & Saram uxorem eius: ibi sepultus est Isaac cum Rebecca coniuge sua: ibi & Lia condita iacet.

32. Finitisque mandatis quibus filios instruebat, collegit pedes suos super lectulum, & obiit: appositusque est ad populum suum.

## CAPUT L.

Ioseph corpus patris aromatibus conditum curans, & adhibita lacta fimbria, cum

\* Quod in Sampsonae impletum est.

\* 1. Par. 5.

\* Impletum in Saulo, sive Paulo. August.

\* Sup. 23. 17.

\* Ann. M. 2315. Ant. Chr. 1689.

senioribus Aegypti proficietur, ut in terra Chanaan sepeliatur: quo magna solemnitate peracto, fratres ob irrogatam illi iniuriam sibi timentes, benigne suscipit & consolatur: qui, ubi mandatam dedisset de suis ossibus in terram Chanaan, cum ex Aegypto sint migraturi, deferendis, in pace quievit.

1. Quod cernens Ioseph, ruit super faciem patris flens & deosculans eum.

2. Praecepitque servis suis medicis ut aromatibus condirent patrem.

3. Quibus iussa explevit, transierunt quadraginta dies: iste quippe mos erat cadaverum conditorum. flevitque eum Aegyptus septuaginta diebus.

4. Et expleto planctus tempore, locutus est Ioseph ad familiam Pharaonis: Si inveni gratiam in conspectu vestro, loquimini in auribus Pharaonis:

5. ed quod pater meus adiuraverit me, dicens: En morior, in sepulchro meo quod fodi mihi in terra Chanaan, sepelies me. Ascendam igitur, & sepeliam patrem meum, ac revertar.

6. Dixitque ei Pharaon: Ascende & sepeli patrem tuum sicut adiuratus es.

7. Quo ascendente, ierunt cum eo omnes senes domus Pharaonis, cunctique maiores natu Terrae Aegypti.

8. domus Ioseph cum fratribus suis, absque parvulis & gregibus, atque armentis quae dereliquerant in Terra Gessen.

9. Habuit quoque in comitatu currus & equites: & facta est turba non modica.

10. Veneruntque ad Aream Atad, quae sita est trans Iordanem: ubi celebrantes exequias planctu magno atque vehementi impleverunt septem dies.

11. Quod cum vidissent habitatores Terrae Chanaan, dixerunt: Planctus magnus est iste Aegyptiis. Et idcirco vocatum est nomen loci illius, Planctus Aegypti.

12. Fecerunt ergo filij Iacob sicut praeceperat eis:

13. Et portantes eum in Terram Cha-

naan, sepelierunt eum in spelunca duplici, quam emerat Abraham cum agro in possessionem sepulchri ab Ephron Hethaeo contra faciem Mambre.

14. Reversusque est Ioseph in Aegyptum cum fratribus suis, & omni comitatu, sepulcro patris.

15. Quo mortuo, timentes fratres eius, & mutuo colloquentes: Ne forte memor sit iniuriae quam passus est, & reddat nobis omne malum quod fecimus,

16. mandaverunt ei dicentes: Pater tuus praecepit nobis antequam moreretur,

17. ut haec tibi verbis illius diceremus: Obsecro ut obliviscaris sceleris fratrum tuorum, & peccati atque malitiae quam exercuerunt in te: nos quoque oramus ut servis Dei patris tui dimittas iniquitatem hanc. Quibus auditis flevit Ioseph.

18. Veneruntque ad eum fratres sui: & prona adorantes in terram dixerunt: Servi tui sumus.

19. Quibus ille respondit: Nolite timere: num Dei possumus resistere voluntati?

20. Vos cogitastis de me malum: sed Deus vertit illud in bonum, ut exaltaret me, sicut in praesentiarum cernitis, & salvos faceret multos populos.

21. Nolite timere: ego pascam vos & parvulos vestros. consolatusque est eos, & blandè ac tenerè est locutus.

22. Et habitavit in Aegypto cum omni domo patris sui: vixitque centum decem annis. Et vidit Ephraim filios usque ad tertiam generationem. Filij quoque Machir filij Manasse nati sunt in genibus Ioseph.

23. Quibus transactis, locutus est fratribus suis: Post mortem meam Deus visitabit vos, & ascendere vos faciet de terra ista ad terram quam iuravit Abraham, Isaac, & Iacob.

24. Cumque adiurasset eos atque dixisset: Deus visitabit vos, asportate ossa mea vobiscum de loco isto:

25. mortuus est, expletis centum decem vitae suae annis. Et conditus aromatibus, repositus est in loculo in Aegypto,

\* Afor. 7. 16. \* Sup. 23. 17.

\* Sup. 45. 5.

\* Sup. 47. 12.

\* Num. 32. 39.

\* Heb. 11. 22.

\* Exod. 13. 19.

\* Jer. 24. 32.

\* Ann. M. 2369.

Ant. Chr. 1635.

Cum per annos 80. Aegypto praefuisset.



# LIBER EXODUS,

## HEBRAICE VEELLE SEMOTH.

SECUNDUS MOYSIS LIBER GRÆCÆ DICITUR EXODUS, IDEST, EXITUS, AB INSIGNI ILLA DISSESSIO-  
NE, QUÆ FILII ISRAËL, RELICTA ÆGYPTO, IN LIBERTATEM SE VINDICAVIT; HEBRAICÆ VERO  
VEELLE SEMOTH, IDEST, ET HÆC NOMINA; À PRIMIS IPSIUSMET LIBRI DICTIONIBUS, MAN-  
CUPATUR. CONTINET AUTEM DURAM POPULI ISRAËLITICI SERVITUTEM, ADMIRANDAM EJUSDEM  
LIBERATIONEM, DIVINÆ LEGIS PROMULGATIONEM: DENIQUE RES PER 145 ANNOS GESTAS, À  
MORTE JOSEPHI SCILICET, AD ERÆCTUM TABERNACULUM. QUOD SIC DESCRIBITUR:

A morte Josephi, ad nativitate[m] Moysi an. 64. Chronol. c. 8. 1.  
A nato Mose ad exitum ex Ægypto an. 80. Exod. 7. 10.  
Ab exitu ad eræctum Tabernaculum an. 1. Exod. 40. 17.

Summa 145.  
Quæ si addatur ad annos in Genesi comprehensos 2369.  
Exurget, à creatione mundi, annorum numerus 2514.

### CAPUT PRIMUM.

NOMINA FILIORUM ISRAËL QUI ÆGYPTUM IN-  
GRESSI SUNT; QUORUM MULTIPLICATIONEM NO-  
VUS PHARAO FRUSTRÀ IMPEDIRE NITITUR. ONE-  
RUM IMPOSITIONE; MASCOLORUM CÆDE AC  
SUBMERSIONE: DE OBSTETRICUM MISERATIONE,  
& EORUM À DEO PÆMIATIONE.



Gen. 46. 8.

1. HÆC SUNT NOMINA FILIORUM ISRAËL QUI INGRESSI SUNT IN ÆGYPTUM CUM IACOB: SINGULI CUM DOMIBUS SUIS INTROIERUNT:  
2. Ruben, Simeon, Levi, Judas,  
3. Issachar, Zabulon & Benjamin,  
4. Dan, & Nephtali, Gad, & Aser.  
5. Erant igitur omnes animæ eorum qui egressi sunt de femore Iacob, septuaginta: \* Ioseph autem in Ægypto erat.  
6. Quo mortuo, & universis fratribus eius, omnique cognatione illa,  
7. \* filij Israël creverunt, & quasi germinantes multiplicati sunt: ac roborati nimis, impleverunt terram.

\* V. Genes. 46. 27.

\* Ador. 7. 17.

\* Rameses - Miamun qui per 66. an. regnavit; ab ann. mundi 2427. ad ann. 2494. Miamun vero dictus videtur à M O Y, quod lingua Ægypti. \* aquam significat.

8. Surrexit interea \* rex novus super Ægyptum, qui ignorabat Ioseph:  
9. & ait ad populum suum: Ecce, populus filiorum Israël multus, & fortior nobis est.  
10. Venite, sapienter opprimamus eum, ne forte multiplicetur: & si ingruerit contra nos bellum, addatur inimicis nostris, expugnatisque nobis egrediatur de terra.  
11. Præposuit itaque eis magistros operum, ut affligerent eos oneribus: ædificaveruntque urbes tabernaculorum Pharaoni, Phithon, & Rameses.

12. Quantoque opprimebant eos, tanto magis multiplicabantur, & crescebant:  
13. oderantque filios Israël Ægyptij, & affligebant illudentes eis:  
14. atque ad amaritudinem perducebant vitam eorum operibus duris luti, & lateris, omnique famulatu, quo in terræ operibus premebantur.

15. Dixit autem Rex Ægypti obstetricibus Hebræorum: quarum una vocabatur Sephora, altera Phua,  
16. præcipiens eis: Quando obstetricabitis Hebræas, & partus tempus advenerit: si masculus fuerit, interficite eum: si femina, reservate.  
17. Timuerunt autem obstetrices Deum, & non fecerunt iuxta præceptum regis Ægypti, sed conservabant mares.

18. Quibus ad se accessitis, rex ait: Quidnam est hoc quod facere voluistis, ut pueros servaretis?  
19. Quæ responderunt: Non sunt Hebrææ sicut Ægyptiæ mulieres: ipsæ enim obstetricandi habent scientiam, & priusquam veniamus ad eas, pariunt.

20. Bene ergo fecit Deus obstetricibus: & crevit populus, confortatusque est nimis.  
21. Et quia timuerunt obstetrices Deum, ædificavit eis domos.  
22. Præcepit ergo Pharaoh omni populo suo, dicens: Quidquid masculini sexus natum fuerit, in flumen projicite: quidquid feminini, reservate.

### CAPUT II.

MOYSES NASCITUR, AQUIS EXPOSITUS, & INDE EXTRACTUS, À MATRE SUA NUTRITUS IUSSU FILIÆ

LIÆ PHARAONIS; QUÆ IPSUM ADOPTAVIT, PROPTER ÆGYPTIJ CÆDEM, IN MADIAM METU REGIS FUGIT; UBI ACCEPTA UXORE SEPHORÀ FILIA SACERDOTIS, DUOS GENUIT FILIOS, GER-  
SAM & ELIEZER.

\* Inf. 6. 20.

\* Heb. 11. 23.

\* Ann. M. 2433.

Ant. Chr. 1571.

post mor. tem Levi.

1. EGRESSUS EST POST HÆC VIR DE DOMO LEVI \*: & accepit uxorem stirpis suæ.  
2. quæ concepit, & peperit filium \*: & videns eum elegantem, abscondit tribus mensibus.  
3. Cumque iam celare non posset, sumpsit fascellam scirpeam, & linivit eam bifumine ac pice: posuitque intus infantulum, & exposuit eum in carecto ripæ fluminis,  
4. stante procul sorore eius, & considerante eventum rei.

\* Ador. 7. 23.

Heb. 11. 23.

5. \* Ecce autem descendebat filia Pharaonis ut lavaretur in flumine: & puella eius gradiebatur per crepidinem alvei. Quæ cum vidisset fascellam in papyrone, misti unam e famulabus suis: & allatam aperiens, cernensque in ea parvulum vagientem, misera eius, ait: De infantibus Hebræorum est hic.  
6. Cui soror pueri: Vis, inquit, ut vadam, & vocem tibi mulierem Hebræam, quæ nutrire possit infantulum?  
7. Respondit: Vade. Perrexit puella & vocavit matrem suam.  
8. Ad quam locuta filia Pharaonis: Accipe, ait, puerum istum, & nutri mihi: ego dabo tibi mercedem tuam. Suscepit mulier, & nutriti puerum: adultumque tradidit filiz Pharaonis.  
9. Quem illa adoptavit in locum filij, vocavitque nomen eius Moyses, dicens: Quia de aqua tuli eum.  
10. In diebus illis postquam creverat \* Moyses, egressus est ad fratres suos: viditque afflictionem eorum, & virum Ægyptium percutientem quemdam de Hebræis fratribus suis.  
11. Cumque circumspexisset huc atque illuc, & nullum adesse vidisset, percussit Ægyptium abscondit sabulo.  
12. Et egressus die altero conspexit duos Hebræos rixantes: dixitque ei qui faciebat iniuriam: Quare percutis proximum tuum?  
13. Qui respondit: Quis te constituit principem & iudicem super nos? num occidere me tu vis, sicut heri occidisti Ægyptium? Timuit Moyses, & ait: Quomodo palam factum est verbum istud?

\* An. ret. 2473.

Ant. Chr. 1531.

† Unum ex præfatis operum. Philo.

\* Hebr. 11. 24.

15. Audivitque Pharaoh sermonem hunc, & quærebat occidere Moysen: qui fugiens de conspectu eius, moratus est in Terra Madian, & sedit iuxta puteum.  
16. Erant autem sacerdoti Madian septem filiz, quæ venerunt ad hauriendam aquam: & impletis canalibus adquare cupiebant greges patris sui.  
17. Supervenere pastores, & eiecerunt eas: surrexitque Moyses, & defensis puellis, adquare vitæ earum.  
18. Quæ cum revertissent ad Raguel patrem \* suum, dixit ad eas: Cur velocius venistis solito?  
19. Responderunt: Vir Ægyptius liberavit nos de manu pastorum: insuper & hausit aquam nobiscum, & potumque dedit ovis.  
20. At ille: Ubi es? inquit, Quare dimisistis hominem? vocate eum ut comedat panem.

21. Iuravit ergo Moyses quòd habitaret cum eo. \* Accepitque Sephoram filiam eius uxorem:  
22. quæ peperit ei filium, quem vocavit Gersam, dicens: Advena fui in terra aliena. Alterum vero peperit, quem vocavit Eliezer, dicens: Deus enim patris mei adiutor meus eripuit me de manu Pharaonis.  
23. Post multum verò temporis mortuus est rex Ægypti: & ingemiscetes filij Israël, propter opera vociferati sunt: ascenditque clamor eorum ad Deum ab operibus.  
24. Et audivit gemitum eorum, ac recordatus est fœderis quod pepigit cum Abraham, Isaac, & Iacob.  
25. Et respexit Dominus filios Israël & cognovit eos.

### CAPUT III.

DOMINUS MOYSI, OVES JETHRO SOCERI PASCENTI, IN RUBO ARDENTE & INCOMBUSTO APPARENTE, MITTIT EUM ETIAM VENIENTEM AD FILIOS ISRAËL DE MANU PHARAONIS LIBERANDOS, SPOLIATIS ÆGYPTIIS.

1. MOYSES AUTEM PASCÉBAT OVES IETHRO SOCERI SUI SACERDOTIS MADIAM: CUMQUE MINASSET GREGEM AD INTERIORA DESERTI, VENIT AD MONTEM DEI HOREB.  
2. Apparuitque ei Dominus \* in flamma ignis de medio rubi: & videbat quòd rubus arderet, & non combureretur.

\* Patrem hic quidam acum interpretantur: Et colligi posse videtur ex Num. 10. 29. Confer cum Genes. 24. 48.

\* Infr. 18. 2. 3. 1. Par. 23. 15.

Ann. M. 2513. Ant. Chr. 1491. Moysi 80. \* 1. Angelus, ut docet nos Stephan. Act. 7. 39.



3. Dixit ergo Moyses: Vadam, & videbo visionem hanc magnam, quare non comburatur rubus.

4. Cernens autem Dominus quod pergeret ad videndum, vocavit eum de medio rubi, & ait: Moyses, Moyses. Qui respondit: Adsum.

5. At ille, Ne appropies, inquit, huic solve calceamentum de pedibus tuis: locus enim, in quo stas, terra sancta est.

6. Et ait \*: Ego sum Deus patris tui, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob. Abscondit Moyses faciem suam: non enim audebat aspicere contra Deum.

7. Cui ait Dominus: Vidi afflictionem populi mei in Aegypto, & clamorem eius audivi propter duritiam eorum qui praesunt operibus:

8. & sciens dolorem eius, descendi ut liberem eum de manibus Aegyptiorum, & educam de terra illa in terram bonam, & spatiosam, in terram quae fluit lacte & melle, ad loca Chananai & Hethai, & Amorrahai, & Pherexai, & Hevrai, & Iebusaei.

9. Clamor ergo filiorum Israel venit ad me: vidi quae afflictionem eorum, qua ab Aegyptiis opprimuntur.

10. Sed veni, & mittam te ad Pharaonem, ut educas populum meum, filios Israel de Aegypto.

11. Dixitque Moyses ad Deum: Quis sum ego ut vadam ad Pharaonem, & educam filios Israel de Aegypto?

12. Qui dixit ei: Ego ero tecum: & hoc habebis signum, quod miserim te: Cum eduxeris populum meum de Aegypto, immolabis Deo super montem istum.

13. Ait Moyses ad Deum: Ecce ego vadam ad filios Israel, & dicam eis: Deus patrum vestrorum misit me ad vos. Si dixerint mihi: Quod est nomen eius? quid dicam eis?

14. Dixit Deus ad Moysen: Ego sum qui sum. Ait: Sic dices filiis Israel: Qui est, misit me ad vos.

15. Dixitque iterum Deus ad Moysen: Haec dices filiis Israel: Dominus Deus patrum vestrorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob misit me ad vos: hoc nomen mihi est in aeternum, & hoc memoriale meum in generationem & generationem.

16. Vade, & congrega seniores Israel, & dices ad eos: Dominus Deus patrum vestrorum apparuit mihi, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob, dicens: Visitans visitavi vos: & vidi omnia

\*Matt. 22. 32. Marc. 12. 26. Lucae 20. 37.

quae acciderunt vobis in Aegypto:

17. Et dixi ut educam vos de afflictione Aegyptii in terram Chananai & Hethai & Amorrhai & Pherexai & Hevrai & Iebusaei, ad terram fluentem lacte & melle.

18. Et audivit vocem tuam: ingredierisque tu, & seniores Israel ad regem Aegypti, & dices ad eum: Dominus Deus Hebraeorum vocavit nos: ibimus viam trium dierum in solitudinem, ut immolemus Domino Deo nostro.

19. Sed ego scio quod non dimittet vos rex Aegypti ut eati: nisi per manum validam.

20. Extendam enim manum meam, & percutiam Aegyptum in cunctis mirabilibus meis, quae facturus sum in medio eorum: post haec dimittet vos.

21. Daboque gratiam populo huic coram Aegyptiis: & cum egrediemini, non exibitis vacui.

22. sed postulabit mulier a vicina sua & ab hospita sua, vasa argentea & aurea, ac vestes: ponetisque eas super filios & filias vestras, & spoliabitis Aegyptum.

CAPUT IV.

Moyses suae missioni tribus signis a Deo acceptis, varie se excusat ab hac missione; tandem acquiescit, reditque in Aegyptum cum uxore & filiis: angelus nuntiatur Moysi mortem; hinc uxor circumcidit filium. Aaron fratri Moysi occurrit, simulque venerunt ad filios Israel.

1. Respondens Moyses ait: Non credent mihi, neque audient vocem meam, sed dicent: Non apparuit tibi Dominus.

2. Dixit ergo ad eum: Quid est quod tenes in manu tua? Respondit: Virga.

3. Dixitque Dominus: Projice eam in terram. Projecit, & versa est in colubrum, ita ut fugeret Moyses.

4. Dixitque Dominus: Extende manum tuam, & apprehende caudam eius. Extendit, & tenuit, versaque est in virgam.

5. Ut credant, inquit, quod apparuerit tibi Dominus Deus patrum tuorum, Deus Abraham, Deus Isaac, & Deus Iacob.

6. Dixitque Dominus: rursus: Mitte manum tuam in sinum tuum. Quam cum misisset in sinum, protulit leprosam instar nivis.

7. Retrahe, ait, manum tuam in sinum tuum. Retraxit, & protulit iterum, & erat similis carni reliquae.

8. Si

\* Infr. 1. 2. 12. 35.

8. Si non crederint, inquit, tibi, neque audierint sermonem signi prioris, credent verbo signi sequentis.

9. Quod si nec duobus quidem his signis crederint, neque audierint vocem tuam: sume aquam fluminis, & effunde eam super aridam, & quidquid hauseris de fluvio, vertetur in sanguinem.

10. Ait Moyses: Obsecro Domine, non sum eloquens ab heri, & nudistertius: & ex quo locutus es ad servum tuum, impeditioris & tardioris linguae sum.

11. Dixit Dominus ad eum: Quis fecit os hominis? aut quis fabricatus est mutum & surdum, videntem & caecum? nonne ego?

12. Perge igitur \*, & ego ero in ore tuo: doceboque te quid loquaris.

13. At ille: Obsecro, inquit, Domine, mitte quem missurus es.

14. Iratus Dominus in Moysen, ait: Aaron frater tuus Levites, scio quod eloquens sit: ecce ipse egredietur in occursum tuum, vidensque te letabitur corde.

15. Loquere ad eum, & pone verba mea in ore eius: & ego ero in ore tuo, & in ore illius \*, & ostendam vobis quid agere debeatis.

16. ipse loquetur pro te ad populum, & erit os tuum: tu autem eris ei in his quae ad Deum pertinent.

17. Virgam quoque hanc sume in manu tua, in qua facturus es signa.

18. Abiit Moyses, & reversus est ad Iethro socerum suum, dixitque ei: Vadam & revertar ad fratres meos in Aegyptum, ut videam si adhuc vivant. Cui ait Iethro: Vade in pace.

19. Dixit ergo Dominus ad Moysen in Madian: Vade, & revertere in Aegyptum: mortui sunt enim omnes qui quaerebant animam tuam.

20. Tulit ergo Moyses uxorem suam, & filios suos, & imposuit eos super asinum, reversusque est in Aegyptum, portans virgam Dei in manu sua.

21. Dixitque ei Dominus revertenti in Aegyptum: vide ut omnia ostenta quae posui in manu tua, facias coram Pharaone: ego indurabo cor eius, & non dimittet populum.

22. Dicesque ad eum: Haec dicit Dominus: Filius meus primogenitus Israel.

23. Dixi tibi: Dimitte filium meum ut serviat mihi; & noluit dimittere eum: ecce ego interficiam filium tuum primogenitum.

\* Matt. 10. 20. \* Inf. 7. 2.

24. Cumque esset in itinere, in diversorio occurrit ei Dominus, & volebat occidere eum.

25. Tulit illicid Sephora acutissimam petram, & circumcidit praeputium filij sui, tetigitque pedes eius, & ait: Sponsus sanguinum tu mihi es.

26. Et dimisit eum postquam dixerat: Sponsus sanguinum ob circumcisionem.

27. Dixit autem Dominus ad Aaron: Vade in occursum Moysi in desertum. Qui perrexit obviam ei in Montem Dei, & osculatus est eum.

28. Narravitque Moyses Aaron omnia verba Domini quibus miserat eum, & signa quae mandaverat.

29. Veneruntque simul, & congregaverunt cunctos seniores filiorum Israel.

30. Locutusque est Aaron omnia verba quae dixerat Dominus ad Moysen: & fecit signa coram populo.

31. & credidit populus. Audieruntque quod visitasset Dominus filios Israel, & quod respexisset afflictionem illorum: & proni adoraverunt.

CAPUT V.

Moyses & Aaron Pharaoni Dei mandata referunt: quae ille contemnens, gravius Israelitas premit negatis paleis; quod audiens Moyses, orat pro eis Dominum.

1. Post haec ingressi sunt Moyses & Aaron, & dixerunt Pharaoni: Haec dicit Dominus Deus Israel: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto.

2. At ille respondit: Quis est Dominus, ut audiam vocem eius, & dimittam Israel? nescio Dominum, & Israel non dimittam.

3. Dixeruntque: Deus Hebraeorum vocavit nos, ut eamus viam trium dierum in solitudinem, & sacrificemus Domino Deo nostro: ne forte accidat nobis pestis aut gladius.

4. Ait ad eos rex Aegypti: Quare Moyses & Aaron sollicitatis populum ab operibus suis? ite ad onera vestra.

5. Dixitque Pharaon: Multus est populus terrae: videtis quod turba succrevit: quanto magis si dederitis eis requiem ab operibus?

6. Praecepit ergo in die illo praefectis operum & exactoribus populi, dicens:

7. Nequaquam ultra dabitur paleas populo ad conficiendos lateres, sicut prius:

Anno Mosis 80. Aaron 83. M. 2513. Ant. Chr. 1491.



sed ipsi vadant, & colligant stipulas.

8. Et mensuram laterum, quam prius faciebant, imponetis super eos, nec minuētis quidquam: vacant enim, & idcirco vociferantur, dicentes: Eamus, & sacrificemus Deo nostro.

9. Opprimantur operibus, & expleant ea: ut non acquiescant verbis mendacibus.

10. Igitur egressi præfecti operum & exactores, ad populum dixerunt: Sic dicit Pharaon: Non do vobis paleas:

11. ite, & colligite sicubi invenire poteritis, nec minuētur quidquam de opere vestro.

12. Dispersusque est populus per omnem Terram Ægypti ad colligendas paleas.

13. Præfecti quoque operum instabant, dicentes: Complete opus vestrum quotidie, ut prius facere solebatis quando dabatur vobis palea.

14. Flagellatique sunt qui præerant operibus filiorum Israël, ab exactoribus Pharaonis, dicentibus: Quare non impletis mensuram laterum sicut prius, nec heri, nec hodie?

15. Venerantque præpositi filiorum Israël, & vociferati sunt ad Pharaonem dicentes: Cur ita agis contra servos tuos?

16. Palea: non dantur nobis, & lateres similiter imperantur: en famuli tui flagellis cædimur, & iniuste agitur contra populum tuum.

17. Qui ait: Vacatis otio, & idcirco dicitis: Eamus, & sacrificemus Domino.

18. Ite ergo, & operamini: palea: non dabuntur vobis, & reddetis consuetum numerum laterum.

19. Videbantque se præpositi filiorum Israël in malo, eò quòd diceretur eis: Non minuētur quidquam de lateribus per singulos dies.

20. Occurreruntque Moysi & Aaron, qui stabant ex adverso, egredientibus a Pharaone:

21. & dixerunt ad eos: Videat Dominus & iudicet, quoniam fœtere fecistis odorem nostrum coram Pharaone & servis eius, & præbuitis ei gladium, ut occideret nos.

22. Reversusque est Moyses ad Dominum, & ait: Domine, cur affixisti populum istum? quare misisti me?

23. Ex eo enim quo ingressus sum ad Pharaonem ut loquerer in nomine tuo, afflixit populum tuum: & non liberasti eos.

## CAPUT VI.

*Deus animat Moysen, ei revelat nomen suum Iehova; solaturque Israëlitas per Moysen, terræ Chanaan promissione; recensetur genealogia Ruben, Simeonis, & Levi, usque ad Moysen & Aaron.*

1. Dixitque Dominus ad Moysen: Eodem ann. 2513  
Nunc videbis quæ facturus sim Pharaoni: per manum enim fortem dimittet eos, & in manu robusta eijciet illos de terra sua.

2. Locutusque est Dominus ad Moysen dicens: Ego Dominus

3. qui apparui Abraham, Isaac, & Jacob in Deo omnipotente: & nomen meum ADONAI non indicavi eis.

4. Pæpignique fœdus cum eis, ut darem eis Terram Chanaan, terram peregrinationis eorum, in qua fuerunt advena.

5. Ego audivi gemitum filiorum Israël, quo Ægypti oppresserunt eos: & recordatus sum pacti mei.

6. Ideò die filiis Israël: Ego Dominus qui educam vos de ergastulo Ægyptiorum, & eruum de servitute: ac redimam in brachio excelso, & iudiciis magnis.

7. Et assumam vos mihi in populum, & ero vester Deus: & sciētis quòd ego sum Dominus Deus vester qui eduixerim vos de ergastulo Ægyptiorum:

8. & induxerim in terram, super quam levavi manum meam ut darem eam Abraham, Isaac, & Jacob: daboque illam vobis possidendam, ego Dominus.

9. Narravit ergo Moyses omnia filiis Israël: qui non acceperunt ei propter angustiam spiritus, & opus durissimum.

10. Locutusque est Dominus ad Moysen, dicens:

11. Ingredere, & loquere ad Pharaonem regem Ægypti, ut dimittat filios Israël de terra sua.

12. Respondit Moyses coram Domino: Ecce filij Israël non audiunt me: & quo modo audiet Pharaon, præsertim cum incircumcisus sim labiis?

13. Locutusque est Dominus ad Moysen & Aaron, & dedit mandatum ad filios Israël, & ad Pharaonem regem Ægypti ut educerent filios Israël de terra Ægypti.

14. \* Isti sunt principes domorum per familias suas. Filij Ruben primogeniti Israël: Henoch & Phallu, Hesron & Charmi.

15. hæ cognationes Ruben. \* Filij Simeon: Iamuel & Iamin, & Ahod, & Ia-

\* Gen. 46.  
9.  
Nam. 26.  
5.  
1. Par. 5.1.  
\* 1. Par. 4.  
24.

Iachin, & Soar, & Saül filius Chanani-tidis. hæ progenies Simeon.

16. Et hæc nomina filiorum Levi per cognationes suas: Gerson, & Caath, & Merari. Anni autem vitæ Levi fuerunt centum triginta septem. \*

17. \* Filij Gerson: Lobni & Semei, per cognationes suas.

18. \* Filij Caath: Amram, & Isaac, & Hebron & Oziel. anni quoque vitæ Caath, centum triginta tres.

19. Filij Merari: Moholi & Musi. hæ cognationes Levi per familias suas.

20. Accepit autem Amram uxorem Iochabed patrualem suam: quæ peperit ei Aaron & Moysen. Fueruntque anni vitæ Amram, centum triginta septem.

21. Filij quoque Isaac: Core, & Nepheg, & Zechri.

22. Filij quoque Oziel: Misaël, & Elisaphan & Sethri.

23. Accepit autem Aaron uxorem Elisabeth filiam Aminadab, sororem Nahasson, quæ peperit ei Nadab, & Abiu, & Eleazar, & Ithamar.

24. Filij quoque Core: Aser, & Elcana, & Abiasaph. hæ sunt cognationes Coritarum.

25. At verò Eleazar filius Aaron accepit uxorem de filiabus Phutiel: quæ peperit ei Phinees. hi sunt principes familiarum Leviticarum per cognationes suas.

26. Iste est Aaron & Moyses, quibus præcepit Dominus ut educerent filios Israël de Terra Ægypti per turmas suas.

27. Hi sunt, qui loquuntur ad Pharaonem regem Ægypti, ut educant filios Israël de Ægypto: iste est Moyses & Aaron.

28. in die quâ locutus est Dominus ad Moysen, in terra Ægypti.

29. Et locutus est Dominus ad Moysen, dicens: Ego Dominus: loquere ad Pharaonem regem Ægypti, omnia quæ ego loquor tibi.

30. Et ait Moyses coram Domino: En incircumcisus labiis sum, quo modo audiet me Pharaon?

## CAPUT VII.

*Moyses & Aaron ad Pharaonem loquuntur, virgam vertunt in serpentem, & aquam virgâ percussam in sanguinem: similia faciunt magi Pharaonis suis incantationibus; quam ob causam Pharaon induratur, ne dimittat Hebræos.*

\* Eodem ann. 2513.

Dixitque Dominus ad Moysen: \* Ecce constitui te Deum Pharao-

nis: & Aaron frater tuus erit propheta tuus.

2. \* Tu loqueris ei omnia quæ mando tibi: & ille loquetur ad Pharaonem, ut dimittat filios Israël de terra sua.

3. Sed ego indurabo cor eius, & multiplicabo signa & ostenta mea in Terra Ægypti,

4. & non audiet vos: immitamque manum meam super Ægyptum, & educam exercitum & populum meum filios Israël de Terra Ægypti per iudicia maxima.

5. Et scient Ægyptij quia ego sum Dominus qui extenderim manum meam super Ægyptum, & eduixerim filios Israël de medio eorum.

6. Fecit itaque Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus: ita egerunt.

7. Erat autem Moyses, octoginta annorum, & Aaron octoginta trium, quando locuti sunt ad Pharaonem.

8. Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron:

9. Cum dixerit vobis Pharaon, Ostendite signa: dices ad Aaron: Tolle virgam tuam, & projice eam coram Pharaone, ac vertetur in còlubrum.

10. Ingressi itaque Moyses & Aaron ad Pharaonem, fecerunt sicut præceperat Dominus, tulique Aaron virgam coram Pharaone & servis eius, quæ versæ est in còlubrum.

11. \* Vocavit autem Pharaon sapientes & maleficos: & fecerunt etiam ipsi per incantationes Ægyptiacas & arcana quedam similiter.

12. Proieceruntque singuli virgas suas, quæ versæ sunt in dracones: sed devoravit virga Aaron virgas eorum.

13. Induratumque est cor Pharaonis, & non audivit eos, sicut præceperat Dominus.

14. Dixit autem Dominus ad Moysen: Ingravatum est cor Pharaonis, non vult dimittere populum.

15. Vade ad eum manè, ecce egredietur ad aquas: & stabis in occursum eius super ripam fluminis: & virgam, quæ conversæ est in draconem, tolles in manu tua.

16. Dicesque ad eum: Dominus Deus Hebræorum misit me ad te, dicens: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi in deserto: & usque ad præsens audire noluisti.

17. Hæc igitur dicit Dominus: In hoc scies

† Hebr. Chald. Gr. proiecit.

\* Quorum principes Iannes, & Mambres. 2. Tim. 3. 8.



scies quod sim Dominus: ecce percitiam virgā, quae in manu mea est, aquam fluminis, & \* vertetur in sanguinem.

\* Circa mensis 6. (qui deinceps erit 12.) diem 12. plaga I. contigit.

18. Pisces quoque, qui sunt in fluvio, morientur, & computrescent aquae, & affligentur Ægyptij bibentes aquam fluminis.

19. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron, Tolle virgā tuam, & extende manum tuam super aquas Ægypti, & super fluvios eorum, & rivos ac paludes, & omnes lacus aquarum, ut vertantur in sanguinem: & sit cruor in omni Terra Ægypti, tam in ligneis vasis quàm in saxeis.

\* Infr. 17. 5. Psalm. 77. 44.

20. Feceruntque Moyses & Aaron sicut præceperat Dominus \*: & elevans virgā percussit aquam fluminis coram Pharaone & servis eius: quæ versa est in sanguinem.

21. Et pisces, qui erant in flumine, mortui sunt: computruitque fluvius, & non poterant Ægyptij bibere aquam fluminis, & fuit sanguis in tota Terra Ægypti.

\* Sap. 17. 7.

22. \* Feceruntque similiter malefici Ægyptiorum incantationibus suis: & induratum est cor Pharaonis, nec audivit eos, sicut præceperat Dominus.

23. Avertitque se, & ingressus est domum suam, nec apposuit cor etiam hae vice.

24. Foderunt autem omnes Ægyptij per circuitum fluminis aquam ut biberent: non enim poterant bibere de aqua fluminis.

25. Impletique sunt septem dies, postquam percussit Dominus fluvium.

CAPUT VIII.

Secunda Ægypti plaga est ranarum; pro quarum ablatione promittit Pharaon populum dimittere, nec facit: quare additur tertia sciniphum, & quarta muscarum; propter quas rursus promittit Pharaon se filios Israël dimissurum, quod non facit.

\* Plaga II. contigit circa 25. diem eiusdem mensis.

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen \*: Ingredere ad Pharaonem, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum, ut sacrificet mihi:

2. sin autem nolueris dimittere, ecce ego percitiam omnes terminos tuos ranis.

3. Et ebulliet fluvius ranas: quæ ascendent, & ingredientur domum tuam, & cubiculum lectuli tui, & super stratum

tuum, & in domos servorum tuorum, & in populum tuum, & in furnos tuos, & in reliquias ciborum tuorum:

4. & ad te, & ad populum tuum, & ad omnes servos tuos intrabunt ranæ.

5. Dixitque Dominus ad Moysen: Dic ad Aaron: Extende manum tuam super fluvios ac super rivos & paludes, & educ ranas super Terram Ægypti.

6. Et extendit Aaron manum super aquas Ægypti, & ascenderunt ranæ, operueruntque Terram Ægypti.

7. \* Fecerunt autem & malefici per incantationes suas similiter, eduxeruntque ranas super Terram Ægypti.

\* Sap. 17. 7.

8. Vocavit autem Pharaon Moysen & Aaron, & dixit eis: Orate Dominum ut auferat ranas a me & a populo meo: & dimittam populum ut sacrificet Domino.

9. Dixitque Moyses ad Pharaonem: Constitue mihi quando deprecer pro te, & pro servis tuis, & pro populo tuo, ut abigantur ranæ a te & a domo tua & a servis tuis & a populo tuo: & tantum in flumine remaneant.

10. Qui respondit: Cras. At ille: Iuxta, inquit, verbum tuum faciam: ut scias quoniam non est sicut Dominus Deus noster.

11. Et recedent ranæ a te, & a domo tua, & a servis tuis, & a populo tuo: & tantum in flumine remanebunt.

12. Egressisque sunt Moyses & Aaron a Pharaone: & clamavit Moyses ad Dominum pro sponsione ranarum quam condixerat Pharaoni.

13. Fecitque Dominus iuxta verbum Moysi: & mortuæ sunt ranæ de domibus, & de villis, & de agris.

14. Congregaveruntque eas in imensos aggeres, & computruit terra.

15. Videns autem Pharaon quod data esset requies, ingravit cor suum, & non audivit eos, sicut præceperat Dominus.

16. Dixitque Dominus ad Moysen: Loquere ad Aaron: Extende virgā tuam, & percute pulverem terræ: & sint sciniphes in universa Terra Ægypti.

17. Feceruntque ita. Et extendit Aaron manum, virgā tenens: percussitque pulverem terræ, & facti sunt sciniphes in hominibus, & in iumentis: omnis pulvis terræ versus est in sciniphes per totam Terram Ægypti.

18. Feceruntque similiter malefici incantationibus suis, ut educerent sciniphes, & non poterunt: erantque sciniphes tam in hominibus quàm in iumentis.

† Muscæ minutissimi & inquietissimi. Hier. & Aug. \* Circa 27. diem.

CAPUT IX.

Quinta plaga est pestis in iumentis, sexta ulcerum, septima grandinis, novitiorum & fulminum; ob quam promittit Pharaon se dimissurum populum si cesset, verum nec id complet, & rursus se obdurat: nullus autem filiorum Israël in his malis ullum pariter damnatum.

1. Dixit autem Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem, & loquere ad eum: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi:

Circa 27. mensis (qui paulo post primi nominem accepit.) diem 1.

2. Quod si adhuc renuis, & retines eos: ecce manus mea erit super agros tuos: & super equos, & asinos, & camelos, & boves, & oves, pestis valde gravis.

3. Et faciet Dominus mirabile inter possessiones Israël, & possessiones Ægyptiorum, ut nihil omnino pereat ex his quæ pertinent ad filios Israël.

4. Constituitque Dominus tempus, dicens: Cras faciet Dominus verbum istud in terra.

\* 2. die.

5. Fecit ergo Dominus verbum hoc altera die: mortuæque sunt omnia animalia Ægyptiorum: de animalibus vero filiorum Israël nihil omnino perierit.

6. Et misit Pharaon ad videndum: nec erat quidquam mortuum de his quæ possidebat Israël. Ingravatumque est cor Pharaonis, & non dimisit populum.

7. Et dixit Dominus ad Moysen & Aaron: Tollite plenas manus cineris de camino, & spargat illum Moyses in caelum coram Pharaone.

8. Sitque pulvis super omnem Terram Ægypti: erunt enim in hominibus, & iumentis ulcera, & vesicæ turgent in universa terra Ægypti.

9. Tuleruntque cinerem de camino, & steterunt coram Pharaone, & sparsit illum Moyses in caelum: factaque sunt ulcera vesicularum turgentium in hominibus, & iumentis:

\* Circa 3. diem.

10. nec poterant malefici stare coram Moysen propter ulcera quæ in illis erant, & in omni Terra Ægypti.

11. Induravitque Dominus cor Pharaonis, & non audivit eos, sicut locutus est Dominus ad Moysen.

12. Dixitque Dominus ad Moysen: Mane consurge, & sta coram Pharaone, & dices ad eum: Hæc dicit Dominus Deus

19. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: Digitus Dei est hic, induratumque est cor Pharaonis, & non audivit eos sicut præceperat Dominus.

20. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Consurge diluculo, & sta coram Pharaone: egredietur enim ad aquas: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi.

21. Quod si non dimiseris eum, ecce ego immitam in te, & in servos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarum: & implebuntur domus Ægyptiorum muscis diversi generis, & universa terra in qua fuerint.

22. Faciamque mirabilem in die illa Terram Gessen, in qua populus meus est, ut non sint ibi muscæ: & scias quoniam ego Dominus in medio terra.

23. Ponamque divisionem inter populum meum, & populum tuum: cras erit signum istud.

24. Fecitque Dominus ita: Et venit musca gravissima in domos Pharaonis & servorum eius, & in omnem Terram Ægypti: corruptaque est terra ab huiusmodi muscis.

25. Vocavitque Pharaon Moysen & Aaron, & ait eis: Ite & sacrificate Deo vestro in terra hac.

26. Et ait Moyses: Non potest ita fieri: abominaciones enim Ægyptiorum imolabimus Domino Deo nostro: quod si mactaverimus ea quæ colunt Ægyptij coram eis, lapidibus nos obruent.

27. Viam trium dierum pergemus in solitudinem: & sacrificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis.

28. Dixitque Pharaon: Ego dimittam vos ut sacrificetis Domino Deo vestro in deserto: verum itamen longius ne abeatis, rogate pro me.

29. Et ait Moyses: Egressus a te, orabo Dominum: & recedet musca a Pharaone, & a servis suis, & a populo eius: verum tamen noli ultra fallere, ut non dimittas populum sacrificare Domino.

30. Egressusque Moyses a Pharaone, oravit Dominum.

31. Qui fecit iuxta verbum illius: & absultit muscæ a Pharaone, & a servis suis, & a populo eius: non superfuit ne una quidem.

32. Et ingravitum est cor Pharaonis, ita ut nec hac quidem vice dimitteret populum.

19. Et dixerunt malefici ad Pharaonem: Digitus Dei est hic, induratumque est cor Pharaonis, & non audivit eos sicut præceperat Dominus. Dixit quoque Dominus ad Moysen: Consurge diluculo, & sta coram Pharaone: egredietur enim ad aquas: & dices ad eum: Hæc dicit Dominus: Dimitte populum meum ut sacrificet mihi. Quod si non dimiseris eum, ecce ego immitam in te, & in servos tuos, & in populum tuum, & in domos tuas omne genus muscarum: & implebuntur domus Ægyptiorum muscis diversi generis, & universa terra in qua fuerint. Faciamque mirabilem in die illa Terram Gessen, in qua populus meus est, ut non sint ibi muscæ: & scias quoniam ego Dominus in medio terra. Ponamque divisionem inter populum meum, & populum tuum: cras erit signum istud. Fecitque Dominus ita: Et venit musca gravissima in domos Pharaonis & servorum eius, & in omnem Terram Ægypti: corruptaque est terra ab huiusmodi muscis. Vocavitque Pharaon Moysen & Aaron, & ait eis: Ite & sacrificate Deo vestro in terra hac. Et ait Moyses: Non potest ita fieri: abominaciones enim Ægyptiorum imolabimus Domino Deo nostro: quod si mactaverimus ea quæ colunt Ægyptij coram eis, lapidibus nos obruent. Viam trium dierum pergemus in solitudinem: & sacrificabimus Domino Deo nostro, sicut præcepit nobis. Dixitque Pharaon: Ego dimittam vos ut sacrificetis Domino Deo vestro in deserto: verum itamen longius ne abeatis, rogate pro me. Et ait Moyses: Egressus a te, orabo Dominum: & recedet musca a Pharaone, & a servis suis, & a populo eius: verum tamen noli ultra fallere, ut non dimittas populum sacrificare Domino. Egressusque Moyses a Pharaone, oravit Dominum. Qui fecit iuxta verbum illius: & absultit muscæ a Pharaone, & a servis suis, & a populo eius: non superfuit ne una quidem. Et ingravitum est cor Pharaonis, ita ut nec hac quidem vice dimitteret populum.



Deus Hebræorum : Dimitte populum meum ut sacrificet mihi.

14. Quia in hac vice mittam omnes plagas meas super cor tuum, & super servos tuos, & super populum tuum: ut scias quod non sit similis mei in omni terra.

15. Nunc enim extendens manum percutiam te, & populum tuum peste, peribisque de terra.

16. \* Idcirco autem posui te, ut ostendam in te fortitudinem meam, & narretur nomen meum in omni terra.

17. Adhuc retines populum meum: & non vis dimittere eum?

18. En pluam eras \* hac ipsa horâ grandinem multam nimis, qualis non fuit in Ægypto a die qua fundata est, usque in præsens tempus.

19. Mitte ergo iam nunc, & congrega iumenta tua, & omnia quæ habes in agro: homines enim, & iumenta, & universa quæ inventa fuerint foris, nec congregata de agris, cecideruntque super ea grandio, morientur.

20. Qui timuit verbum Domini de servis Pharaonis, fecit confugere servos suos, & iumenta in domos:

21. qui autem neglexit sermonem Domini, dimisit servos suos, & iumenta in agris.

22. Et dixit Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cælum, ut fiat grandio in universa Terra Ægypti super homines, & super iumenta, & super omnem herbam agri in Terra Ægypti.

23. \* Extenditque Moyses virgam in cælum, & Dominus dedit tonitrua \*, & grandinem, ac discurrentia fulgura super terram: pluitque Dominus grandinem super Terram Ægypti.

24. Et grandio & ignis mista pariter ferebantur: tantæque fuit magnitudinis, quanta ante numquam apparuit in universa Terra Ægypti ex quo gens illa condita est.

25. Et percussit grandio in omni Terra Ægypti cuncta quæ fuerunt in agris, ab homine usque ad iumentum: cunctamque herbam agri percussit grandio, & omne lignum regionis confregit.

26. Tantum in Terra Gessen, ubi erant filij Israël, grandio non cecidit.

27. Misitque Pharao, & vocavit Moysen & Aaron, dicens ad eos: Peccavi etiam nunc: Dominus iustus: ego & populus meus, impli-

28. Orate Dominum ut desinat tonitrua Dei, & grandio: ut dimittam vos, & nequaquam hic ultra maneat.

29. Ait Moyses: Cùm egressus fuero de urbe, extendam palmas meas ad Dominum, & cessabunt tonitrua, & grandio non erit: ut scias quia Domini est terra: novi autem quod & tu, & servi tui necdum timeatis Dominum Deum.

30. Linum ergo, & hordeum læsum est, eò quod hordeum esset virens, & linum iam folliculos germinaret:

31. triticum autem, & far non sunt læsa, quia serotina erant.

32. Egressusque Moyses a Pharaone ex urbe, tetendit manus ad Dominum: & cessaverunt tonitrua & grandio, nec ultra stillavit pluvia super terram.

33. Videns autem Pharao quod cessasset pluvia, & grandio & tonitrua, auxit peccatum: & ingravatum est cor eius, & servorum illius, & induratum nimis: nec dimisit filios Israël, sicut præceperat Dominus per manum Moysi.

\* Rom. 9. 17. \* Circa 4. diem.

\* Sap. 16. 16. 19. 19. \* Circa 5. diem.

rum tuorum, & omnium Ægyptiorum, quantum non viderunt patres tui, & avi, ex quo orti sunt super terram, usque in presentem diem. Avertitque se, & egressus est a Pharaone.

7. Dixerunt autem servi Pharaonis ad eum: Usquequo patiemur hoc scandalum: dimitte homines, ut sacrificent Domino Deo suo. nonne vides quod perierit Ægyptus?

8. Revocaveruntque Moysen, & Aaron ad Pharaonem: qui dixit eis: Ite, sacrificate Domino Deo vestro: quoniam sunt qui ituri sunt?

9. Ait Moyses: Cum parvulis nostris, & senioribus pergemus, cum filiis & filiabus, cum ovibus & armentis: est enim solemnitas Domini Dei nostri.

10. Et respondit Pharao: Sic Dominus sit vobiscum, quo modo ego dimittam vos, & parvulos vestros. cui dubium est quod pessime cogitatis?

11. Non fiet ita, sed ite tantum viri, & sacrificate Domino: hoc enim & ipsi petistis. Statimque eiecit sunt de conspectu Pharaonis.

12. Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super Terram Ægypti ad locustam, ut ascendat super eam, & devoret omnem herbam quæ residua fuerit grandini.

13. \* Et extendit Moyses virgam super terram Ægypti: & Dominus induxit ventum urentem totâ die illâ, & nocte: & mane factò, ventus urens levavit locustas.

14. Quæ ascenderunt super universam Terram Ægypti: & sederunt in cunctis finibus Ægyptiorum innumerabiles, quales ante illud tempus non fuerant, nec postea futurae sunt.

15. Operueruntque universam superficiem terræ, vastantes omnia. Devorata est igitur herba terræ, & quicquid pomorum in arboribus fuit, quæ grandio dimiserat: nihilque omnino virens relictum est in lignis, & in herbis terræ, in cuncta Ægypto.

16. Quam ob rem festinus Pharao vocavit Moysen & Aaron, & dixit eis: Peccavi in Dominum Deum vestrum, & in vos.

17. Sed nunc dimitte peccatum mihi etiam hac vice, & rogate Dominum Deum vestrum, ut auferat a me mortem istam.

18. Egressusque Moyses de conspectu Pharaonis, oravit Dominum.

19. \* Qui flare fecit ventum ab occidente vehementissimum, & arreptam locustam proiecit in Mare rubrum: non remansit ne una quidem in cunctis finibus Ægypti.

20. Et induravit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israël.

21. Dixit autem Dominus ad Moysen: Extende manum tuam in cælum: & sint tenebræ super Terram Ægypti tam densæ, ut palpari queant.

22. Extenditque \* Moyses manum in cælum: & factæ sunt tenebræ horribiles in universa Terra Ægypti tribus diebus.

23. \* Nemo vidit fratrem suum, nec movit se de loco in quo erat: \* ubicumque autem habitabant filij Israël, lux erat.

24. Vocavitque Pharao Moysen & Aaron \*, & dixit eis: Ite, sacrificate Domino: oves tantum vestre, & armenta remaneant, parvuli vestri eant vobiscum.

25. Ait Moyses: Hostias quoque & holocausta dabis nobis, quæ offeramus Domino Deo nostro.

26. Cuncti greges pergunt nobiscum: non remanebit ex eis ungula: quæ necessaria sunt in cultum Domini Dei nostri: præsertim cum ignoremus quid debeat immolari, donec ad ipsum locum perveniamus.

27. Induravit autem Dominus cor Pharaonis, & noluit dimittere eos.

28. Dixitque Pharao ad Moysen: Recede a me, & cave ne ultra videas faciem meam: quocumque die apparueris mihi, morieris.

29. Respondit Moyses: Ita fiet ut locutus es, non videbo ultra faciem tuam,

\* Circa diem 9.

\* Circa diem 10.

\* Sap. 17. 2. \* Sap. 18. 1.

\* Post tres dies tenebrarum.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 9.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

\* Circa diem 8.

CAPUT X.

Observum signum seu plaga est locustarum: quibus oblatis obduratus Pharao ne sid quidem iuxta conditum dimittit populum: quapropter novum additur, nempe tenebrarum densissimarum: propter quas permittit Pharao ut exeant: sed omnium, etiam pecorum missionem urgente Moysen, idem denegat, Moysique minatur mortem.

1. ET dixit Dominus ad Moysen: Ingredere ad Pharaonem: ego enim induravi cor eius, & servorum illius: ut faciam signa mea hæc in eo,

2. & narres in auribus filij tui, & nepotum tuorum, quoties contriverim Ægyptios, & signa mea fecerim in eis: & sciat quia ego Dominus.

3. \* Introierunt ergo Moyses & Aaron ad Pharaonem, & dixerunt ei: Hæc dicit Dominus Deus Hebræorum: Usquequo non vis subjici mihi? dimitte populum meum, ut sacrificet mihi.

4. \* Sin autem resistis, & non vis dimittere eum: ecce ego inducam cras locustam in fines tuos: & operietur superficiem terræ, ne quidquam eius appareat, sed comedatur quod residuum fuerit grandini. Corrodet enim omnia ligna quæ germinant in agris.

5. Et implebunt domos tuas, & servorum

\* Circa 7. diem.

\* Sap. 16. 9.

\* Sap. 16. 9.

\* Sap. 16. 9.

\* Sap. 16. 9.

\* Circa diem 9.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

\* Circa diem 10.

CAPUT XI.

Ante decimum signum (stragem primogenitorum) quod prædicit Dominus, hortatur ad Ægypti spoliationem, quæ post stragem peracta est.

1. ET dixit Dominus ad Moysen: Adhuc unâ plagâ tangam Pharaonem & Ægyptum, & post hæc dimittet vos, & exire compellet.

2. \* Dices ergo omni plebi ut postulet vir ab amico suo, & mulier a vicina sua vasa argentea, & aurea.

3. Dabit autem Dominus gratiam populo suo coram Ægyptiis. \* Fuitque Moyses vir magnus valde in Terra Ægypti.

\* Sup. 3. 22. Infr. 12. 35.

\* Eccl. 45. 1.

\* Eccl. 45. 1.



pti coram servis Pharaonis, & omni populo.

4. Et ait: Hæc dicit Dominus: Mediâ nocte \* egrediar in Ægyptum:

\* Die 14. eiusdem mensis *Abib*: qui cum septimus esset, exinde primus numeratus est. *Inf. 12. 2.*

5. & morietur omne primogenitum in Terra Ægyptiorum, a primogenito Pharaonis qui sedet in solio eius, usque ad primogenitum ancillæ quæ est ad molam, & omnia primogenita iumentorum.

6. Eritque clamor magnus in universa Terra Ægypti, qualis nec antè fuit, nec postea futurus est.

7. Apud omnes autem filios Israël non mutiet canis ab homine usque ad pecus: ut sciatis quanto miraculo dividat Dominus Ægyptios & Israël.

8. Descendentque omnes servi tui isti ad me, & adorabunt me, dicentes: Egredere tu, & omnis populus qui subiectus est tibi: post hæc egrediemur.

9. Et exivit a Pharaone iratus nimis. Dixit autem Dominus ad Moysen: Non audiet vos Pharaon ut multa signa fiant in Terra Ægypti.

10. Moyses autem & Aaron fecerunt omnia ostenta quæ scripta sunt, coram Pharaone. Et induravit Dominus cor Pharaonis, nec dimisit filios Israël de terra sua.

## CAPUT XII.

*Paschalis agni immolandi & comedendi ritu declarato ac celebrato, eiusque sanguine domorum superliminaribus illito; angelus cæsis omnibus Ægypti primogenitis, Israëlitas intactos relinquit, qui cum spoliis & divitiis Ægypti egrediuntur: de ritu Phase ac esu azymorum, & tempore habitationis Israël in Ægypto.*

FER. 6. IN PARASC. EPIST. 2. Item SABBAT. SANCTO PROPH. 9. \* Id est *Abib*.

1. Dixit quoque Dominus ad Moysen, & Aaron in Terra Ægypti:

2. Mensis iste, vobis principium mensium: primus erit in mensibus anni.

3. Loquimini ad universum cœtum filiorum Israël, & dicite eis: Decima die mensis huius \* tollat unusquisque agnum per familias & domos suas.

4. Sin autem minor est numerus ut sufficere possit ad vescendum agnum, assumet vicinum suum qui iunctus est domui suæ, iuxta numerum animarum quæ sufficere possunt ad esum agni.

5. Erit autem agnus absque macula, masculus, anniculus: iuxta quem ritum tollitis & hoedum.

6. Et servabitis eum usque ad quartam

decimam diem mensis huius: immolabitque eum universa multitudo filiorum Israël ad vesperam.

7. Et sument de sanguine eius, ac ponent super utrumque postem, & in superliminaribus domorum, in quibus comedet illum.

8. Et edent carnes nocte illâ assas igni, & azymos panes cum lactucis agrestibus.

9. Non comedetis ex eo crudum quid, nec coctum aquâ, sed tantum assum igni: caput cum pedibus eius & intestinis vorabitis.

10. Nec remanebit quidquam ex eo usque manè. \* si quid residuum fuerit, igne comburetis.

\* *Vide Lev. vit. 7. 15.*

11. Sic autem comedetis illum: Renes vestros accingetis, & calcamenta habebitis in pedibus, tenentes baculos in manibus, & comedetis festinanter: est enim Phase (idest transitus) Domini.

12. Et transibo per Terram Ægypti nocte illâ, percutiamque omne primogenitum in Terra Ægypti ab homine usque ad pecus: & in cunctis diis Ægypti faciam iudicia, ego Dominus.

13. Erit autem sanguis vobis in signum in ædibus in quibus eritis: & video sanguinem, & transibo vos: nec erit in vobis plaga disperdens quando percussero Terram Ægypti.

14. Habebitis autem hunc diem in monumentum: & celebrabitis eam solemnem Domino in generationibus vestris cultu sempiterno.

15. Septem diebus azyma comedetis: in die primo non erit fermentum in domibus vestris: quicumque comederit fermentatum, peribit anima illa de Israël, a primo die usque ad diem septimum.

16. Dies prima erit sancta atque solemnis, & dies septima eadem festivitate venerabilis: nihil operis facietis in eis, exceptis his, quæ ad vescendum pertinent.

17. Et observabitis azyma: in eadem enim ipsa die educam exercitum vestrum de Terra Ægypti, & custodietis diem istum in generationes vestras ritu perpetuo.

18. \* Primo mense, quartadecimâ die mensis ad vesperam comedetis azyma usque ad diem vigesimam primam eiusdem mensis ad vesperam.

\* *Levit. 23. 5. Num. 28. 16.*

19. Septem diebus fermentum non invenietur in domibus vestris: qui comederit fermentatum, peribit anima eius de

cœ-

cœtu Israël, tam de ædibus quam de indigenis terræ.

20. Omne fermentatum non comedetis: in cunctis habitaculis vestris edetis azyma.

21. Vocavit autem Moyses omnes seniores filiorum Israël, & dixit ad eos: Ite tollentes animal per familias vestras, & immolate Phase.

\* *Heb. 11. 28.*

22. \* Fasciculumque hyssopi tingite in sanguine qui est in limine, & aspergite ex eo superliminare, & utrumque postem: nullus vestrum egredietur ostium domus suæ usque manè.

23. Transibit enim Dominus percutiens Ægyptios: cumque viderit sanguinem in superliminari, & in utroque poste, transcendet ostium domus, & non sinet percussorem ingredi domos vestras & ledere.

24. Custodi verbum istud legitimum tibi & filiis tuis usque in æternum.

25. Cumque introferitis terram, quam Dominus daturus est vobis ut pollicitus est, observabitis ceremonias istas.

26. Et cum dixerit vobis filij vestri: Quæ est ista religio?

27. dicetis eis: Victimam transitus Domini est, quando transivit super domos filiorum Israël in Ægypto percutiens Ægyptios, & domos nostras liberans. Incurvatusque populus adoravit.

28. Et egressi filij Israël fecerunt sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron.

\* *Sup. 11. 5.*

29. Factum est autem in noctis medio, percussit Dominus omne primogenitum in Terra Ægypti, a primogenito Pharaonis, qui in solio eius sedebat, usque ad primogenitum captivæ quæ erat in carcere, & omne primogenitum iumentorum.

\* *Sop. 18. 5.*

30. Surrexitque Pharaon nocte, & omnes servi eius, cunctaque Ægyptus: & ortus est clamor magnus in Ægypto: neque enim erat domus in qua non iaceret mortuus.

31. Vocatisque Pharaon, Moyses, & Aaron nocte, ait: Surgite & egredimini a populo meo, vos & filij Israël: ite, immolate Domino sicut dicitis.

32. Oves vestras & armenta assumite ut petieratis, & abeuntes benedicite mihi.

33. Urgebantque Ægyptij populum de terra ebarque velociter, dicentes: Omnes moriemur.

34. Tulit igitur populus conspersam farinam antequam fermentaretur: & ligans in palliis, posuit super humeros suos.

\* *Sup. 3. 21. 11. 2.*

35. Feceruntque filij Israël sicut præceperat Moyses: & petierunt ab Ægyptiis vasa argentea & autea, vestemque plurimam.

36. Dominus autem dedit gratiam populo coram Ægyptiis ut commoarent eis: & spoliaverunt Ægyptios.

37. \* Profectique sunt filij Israël de Ramesse in Sooth, sexcenta fere millia peditum virorum, absque parvulis.

38. Sed & vulgus promiscuum innumerable ascendit cum eis, oves & armenta & animalia diversi generis multa nimis.

39. Coxeruntque farinam, quam dudum de Ægypto conspersam tulerant: & fecerunt subcinericios panes azymos: neque enim poterant fermentari cogentibus exire Ægyptiis, & nullam facere sinitibus moram: nec pulmenti quiddam occurrerat preparare.

40. † Habitatio autem filiorum Israël quæ \*\* manserunt in Ægypto, fuit quadringentorum triginta annorum.

41. Quibus expletis, eadem die egressus est omnis exercitus Domini de terra Ægypti.

42. Nox ista est observabilis Domino, quando eduxit eos de Terra Ægypti: hanc observare debent omnes filij Israël in generationibus suis.

43. Dixitque Dominus ad Moysen & Aaron: Hæc est religio Phase: Omnis alienigena non comedet ex eo.

44. Omnis autem servus emptitius circumcidetur, & sic comedet.

45. Avena & mercenarius non edent ex eo.

46. In una domo comedetur, nec effretis de carnibus eius foras, nec \* os illius confringetis.

47. Omnis cœtus filiorum Israël faciet illud.

48. Quòd si quis peregrinorum in vestram voluerit transire coloniam, & facere Phase Domini, circumcidetur prius omne masculinum eius, & tunc rite celebrabit e ritque sicut indigena terra: si quis autem circumcisus non fuerit, non vescetur ex eo.

49. Eadem lex erit indigenæ & colono qui peregrinatur apud vos.

50. Feceruntque omnes filij Israël sicut præceperat Dominus Moysi & Aaron.

51. Et eadem die eduxit Dominus filios Israël de terra Ægypti per turmas suas.

F CA-

*rum Israël, qui (non quâ) manserunt in Ægypto, fuerat 430. annorum, quod firmat, cum Septuaginta, etiam Codex Samaritanus, qui hos 430. annos a peregrinatione Abraham numerandos exprimit: ut volunt etiam omnes fere Patres. Imò ipsidum eodem modo accepisse patet Apost. Gal. 3. 16. 18.*

\* *Num. 9. 12. 14. Iouan. 19. 36.*

\* *Primi mensis, id est Abib die 15. sub mediam noctem.*

Ann. M. 2513. Per Jul. 3223. Ant. Chr. 1491. Post vocatio nem Abrahami 430. Post natiuitatem Isaac 405. Post eiectionem Ismaelem

(qui Eleetum semmen persecutus est)

400. Post migratio nem Iacob in Ægyptum 215.

Post natum Moesen 80. *Urs. 16. 18.*

*Græci Interpretes:* quæ, (id est habitatio) quia ingullini in Ægypti terra, & in Chanaanæ fuerunt tam ipsi quam eorum patres, per 430. annos ad Abrahami scilicet peregrinatione, Charan deserentis.

*Supr. Gen. 12.*

\* *Hebraei hunc 40. sic vendendum putant: Peregrinatio autem filiorum Israël, qui (non quâ) manserunt in Ægypto, fuerat 430. annorum, quod firmat, cum Septuaginta, etiam Codex Samaritanus, qui hos 430. annos a peregrinatione Abraham numerandos exprimit: ut volunt etiam omnes fere Patres. Imò ipsidum eodem modo accepisse patet Apost. Gal. 3. 16. 18.*

\* *Num. 9. 12. 14. Iouan. 19. 36.*



## CAPUT XIII.

*Tubet Deus sibi offerri primogenita hominum & pecorum. & liberationis ab Ægypto religionis Phasæ ac primogenitorum consecratione meminisse. Inde Israël emducit Deus non per Philistham, sed per desertum; ossa Ioseph secum defert, & columna ignis ac nubes est dux itineris.*

\* Nempd  
in Socoth.

\* Infr. 34.

20.  
Levit. 27.

26.  
Numer. 8.

16.  
Luc. 2. 23.

1. **L**ocutusque \* est Dominus ad Moysen, dicens:

2. \* Sanctifica mihi omne primogenitum quod aperit vulvam in filiis Israël, tam de hominibus quam de iumentis: mea sunt enim omnia.

3. Et ait Moyses ad populum: Memento diei huius in qua egressi estis de Ægypto & de domo servitutis, quoniam in manu forti eduxit vos Dominus de loco isto: ut non comedatis fermentatum panem.

4. Hodie egredimini mense novarum frugum.

5. Cùmque introduxerit te Dominus in Terram Chananæ & Hethæ & Amorrhææ & Hevæ & Iebusæ, quam iuravit patribus tuis ut daret tibi, terram fluentem lacte & melle, celebrabis hunc morem sacrorum mense isto.

6. Septem diebus vesceris azymis: & in die septimo erit solemnitas Domini.

7. Azyma comedetis septem diebus: non apparebit apud te aliquid fermentatum, nec in cunctis finibus tuis.

8. Narrabisque filio tuo in die illo, dicens: Hoc est quod fecit mihi Dominus quando egressus sum de Ægypto.

9. Et erit quasi signum in manu tua, & quasi monumentum ante oculos tuos: & ut lex Domini semper sit in ore tuo, in manu enim forti eduxit te Dominus de Ægypto.

10. Custodies huiusmodi cultum statuto tempore a diebus in dies.

11. Cùmque introduxerit te Dominus in Terram Chananæ, sicut iuravit tibi & patribus tuis, & dederit tibi eam:

\* Infr. 22.

29. & 34.

19.  
Ezech. 44.

30.

12. \* separabis omne quod aperit vulvam Domino, & quod primitivum est in pecoribus tuis: quicquid habueris masculini sexus, consecrabis Domino.

13. Primogenitum asini mutabis oves: quod si non redemeris, interficies. Omne autem primogenitum hominis de filiis tuis, pretio redimes.

14. Cùmque interrogaverit te filius tuus cras, dicens: Quid est hoc? respondebis ei: In manu forti eduxit nos Dominus de terra Ægypti, de domo servitutis.

15. Nam cùm induratus esset Pharaon, & nollet nos dimittere, occidit Dominus omne primogenitum in terra Ægypti a primogenito hominis usque ad primogenitum iumentorum: idcirco immolo Domino omne quod aperit vulvam masculini sexus, & omnia primogenita filiorum meorum redimo.

16. \* Erit igitur quasi signum in manu tua, & quasi appensum quid, ob recordationem, inter oculos tuos: eò quòd in manu forti eduxit nos Dominus de Ægypto.

17. Igitur cùm emisisset Pharaon populum, non eos duxit Deus per viam Terræ Philisthiim quæ vicina est: reputans ne forte pœniteret eum, si vidisset adversum se bella consurgere, & reverteretur in Ægyptum.

18. Sed circumduxit per viam deserti, quæ est iuxta Mare rubrum: & armati ascenderunt filij Israël de Terra Ægypti.

19. Tulit quoque Moyses ossa Ioseph secum: eò quòd adiurasset filios Israël, dicens: \* Visitavit vos Deus, efferte ossa mea hinc vobiscum.

\* Gen. 50. 24.

20. Profectique de Socoth castrametati sunt in Etham in extremis finibus solitudinis.

21. \* Dominus autem præcedebat eos ad ostendam viam per diem in columna nubis, & per noctem in columna ignis: ut dux esset itineris utroque tempore.

\* Num. 14. 14.

2. Ecd. 9. 12. & 19.

1. Cor. 10. 1.

22. Numquam defuit columna nubis per diem, nec columna ignis per noctem, coram populo.

## CAPUT XIV.

*Pharaon cum suis Israël empersequitur, angelus in columna nubis medium se interponit, Moyses dividit mare rubrum, quod sicco pede transeunt Hebræi; Ægyptij tum ab Angelo, tum ab aquis recurrentibus, cum universo equitatu ac curribus submerguntur.*

1. **L**ocutus est autem Dominus ad Moysen, dicens:

2. Loquere filiis Israël: Reversi castrametentur e regione Philahiroth quæ est inter Magdalum & mare contra Beelsephon: in conspectu eius castra ponetis super mare.

3. Dicturusque est Pharaon super filiis Israël: Coarctati sunt in terra, conclusit eos desertum.

4. Et indurabo cor eius, ac persequer-

\* Deut. 6. 8.

\* Jer. 24. 6.

1. Mach. 4. 9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

9.

tur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, scientique Ægyptij quia ego sum Dominus. Feceruntque ita.

5. Et nunciatum est regi Ægyptiorum quòd fugisset populus: immutatique est cor Pharaonis & servorum eius super populo, & dixerunt: Quid volumus facere ut dimitteremus Israël, ne serviret nobis?

6. Iunxit ergo currum, & omnem populum suum assumpsit secum.

7. Tulitque sexcentos currus electos, & quidquid in Ægypto curruum fuit: & duces rotius exercitus.

8. Induravitque Dominus cor Pharaonis regis Ægypti, & persecutus est filios Israël: at illi egressi erant in manu excelsa.

9. \* Cùmque persequerentur Ægyptij vestigia præcedentium, repererunt eos in castris super mare: omnis equitatus & currus Pharaonis, & universus exercitus erant in Philahiroth contra Beelsephon.

10. Cùmque appropinquasset Pharaon, levantes filij Israël oculos, viderunt Ægyptios post se: & timerunt valde: clamaveruntque ad Dominum,

11. & dixerunt ad Moysen: Forsitan non erant sepulchra in Ægypto, ideò tulisti nos ut moreremur in solitudine: quid hoc facere voluisti, ut educes nos ex Ægypto?

12. Nonne iste est sermo, quem loquebamur ad te in Ægypto, dicentes: Recede a nobis, ut serviamus Ægyptiis? multo enim melius erat servire eis, quam mori in solitudine.

13. Et ait Moyses ad populum: Nolite timere: state, & videte magnalia Domini quæ facturus est hodie: Ægyptios enim, quos nunc videtis, nequaquam ultra videbitis usque in sempiternum.

14. Dominus pugnabit pro vobis, & vos tacebitis.

15. Dixitque Dominus ad Moysen: Quid clamas ad me? Loquere filiis Israël ut proficiantur.

16. Tu autem eleva virgam tuam, & extendere manum tuam super mare, & divide illud: ut gradiantur filij Israël in medio mari per siccum.

17. Ego autem indurabo cor Ægyptiorum ut persequantur vos: & glorificabor in Pharaone, & in omni exercitu eius, & in curribus & in equibus illius.

18. Et scient Ægyptij quia ego sum Dominus cum glorificatus fuero in Pha-

raone, & in curribus atque in equibus eius.

19. Tollensque se angelus Dei, qui præcedebat castra Israël, abijt post eos: & cum eo pariter columna nubis, priora dimittens, post tergum

20. stetit, inter castra Ægyptiorum & castra Israël: & erat nubes tenebrosa, & illuminans noctem, ita ut ad se invicem toto noctis tempore accedere non valerent.

21. Cùmque extendisset Moyses manum super mare, abstulit illud Dominus flante vento vehementi & urente tota nocte, & verticem siccum: divisaque est aqua.

22. \* Et ingressi sunt filij Israël per medium sicci maris: erat enim aqua quasi murus a dextra eorum & lava.

23. Persequentesque Ægyptij ingressi sunt post eos, & omnis equitatus Pharaonis, currus eius & equites per medium maris.

24. Iamque advenerat vigilia matutina \*, & ecce respiciens Dominus super castra Ægyptiorum per columnam ignis & nubis, interfecit exercitum eorum:

25. & subvertit rotas curruum, ferebanturque in profundum. Dixerunt ergo Ægyptij: Fugiamus Israël: Dominus enim pugnat pro eis contra nos.

26. Et ait Dominus ad Moysen: Extende manum tuam super mare, ut revertantur aquæ ad Ægyptios super currus & equites eorum.

27. Cùmque extendisset Moyses manum contra mare, reversum est primo diluculo ad priorem locum: fugientibusque Ægyptiis occurrerunt aquæ, & involvit eos Dominus in mediis fluctibus.

28. Reversæque sunt aquæ, & operuerunt currus & equites cuncti exercitus Pharaonis, qui sequentes ingressi fuerant mare: nec unus quidem superstit ex eis.

29. Filij autem Israël perexerunt per medium sicci maris, & aquæ eis erant quasi pro muro a dextris & a sinistris:

30. liberavitque Dominus in die illa \* Israël de manu Ægyptiorum.

31. Et viderunt Ægyptios mortuos super litus maris, & manum magnam quam exercuerat Dominus contra eos: timuitque populus Dominum, & crediderunt Domino, & Moysi servo eius.

## CAPUT XV.

*Moyses & Israël, gratiis Deo cum cantu peractis, veniunt in Marath; ubi amaritu-*

\* Pral. 77. 13. 104. 37. Pi. 113. 3. Hebr. 11. 29.

SABBAT. SANCTO PROFH. 4. VIGIL. PENTEC. PROFH. 2. \* Sap. 18. 15.

\* Mensis 1. idest, Abib. die 21. postremo videlicet Adulmorum.



*tudine aquarum à Mose versa in dulcedinem, pergunt in Elim, ubi 12. fontes & 70. palmae erant.*

\* Sap. 10. 20.

1. **T**unc \*cecinit Moyses & filij Israel carmen hoc Domino, & dixerunt: Cantemus Domino: gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem deiecit in mare.

\* Ps. 117. 14. *Isai. 12. 9.*

2. \*Fortitudo mea, & laus mea Dominus, & factus est mihi in salutem: iste Deus meus, & glorificabo eum: Deus patris mei, & exaltabo eum.

3. Dominus quasi vir pugnator, omnipotens nomen eius.

4. Currus Pharaonis, & exercitum eius proiecit in mare: electi principes eius submersi sunt in Mari rubro.

5. Abyssi operuerunt eos, descenderrunt in profundum quasi lapis.

6. Dextera tua Domine magnificata est in fortitudine: dextera tua, Domine, percussit inimicum.

7. Et in multitudine gloriæ tuæ deposuisti adversarios tuos: misisti iram tuam, quæ devoravit eos sicut stipulam.

8. Et in spiritu furoris tui congregatae sunt aquae: stetit unda fluens, congregatae sunt abyssi in medio mari.

9. Dixit inimicus: Persequar & comprehendam, dividam spolia, implebitur anima mea: evaginabo gladium meum, interficiet eos manus mea.

10. Flaviv spiritus tuus, & operuit eos mare: submersi sunt quasi plumbum in aquis vehementibus.

11. Quis similis tui in fortibus Domine? quis similis tui, magnificus in sanctitate, terribilis atque laudabilis, faciens mirabilia?

12. Extendisti manum tuam, & devoravit eos terra.

13. Dux fuisti in misericordia tua populo quem redemisti: & portasti eum in fortitudine tua, ad habitaculum sanctum tuum.

14. Ascenderunt populi, & irati sunt dolores obtinuerunt habitatores Philisthim.

15. Tunc conturbati sunt principes Edom, robustos Moab obtinuit tremor: obriguerunt omnes habitatores Chanaan.

16. Irruat super eos formido & pavor, in magnitudine brachij tui: fiant immobiles quasi lapis, donec pertranseat populus tuus Domine, donec pertranseat populus tuus iste, quem possedisti.

17. Introduces eos, & plantabis in monte hereditatis tuæ, firmissimo habitaculo tuo quod operatus es Domine: sanctuarium tuum Domine, quod firmaverunt manus tuæ.

18. Dominus regnavit in aeternum & ultra.

19. Ingressus est enim eques Pharaonis cum curribus & equitibus eius in mare: & rediit super eos Dominus aquas maris: filij autem Israel ambulaverunt per siccum in medio eius.

20. Sumpsit ergo Maria prophetissa, soror Aaron, tympanum in manu sua: egressaeque sunt omnes mulieres post eam cum tympanis & choris,

21. quibus praecinebat, dicens: Cantemus Domino, gloriosè enim magnificatus est, equum & ascensorem eius deiecit in mare.

22. Tulit autem Moyses Israel de mari rubro, & egressi sunt in desertum Sur: ambulaveruntque tribus diebus \* per solitudinem, & non inveniebant aquam.

23. Et venerunt in Mara, nec poterant bibere aquas de Mara, eò quod essent amaræ: undè & congruum loco nomen imposuit, vocans illum Mara, id est, amaritudinem.

24. Et murmuravit populus contra Moysen, dicens: Quid bibemus?

25. At ille clamavit ad Dominum. qui ostendit ei lignum: quod \* cum misisset in aquas, in dulcedinem versa sunt. ibi constituit ei praecepta, atque iudicia, & ibi tentavit eum,

26. dicens: Si audieris vocem Domini Dei tui, & quod rectum est coram eo feceris, & obedieris mandatis eius\*, custodierisque omnia praecepta illius, cunctum languorem, quem posui in Aegypto, non inducam super te: ego enim Dominus sanator tuus.

27. \*Venerunt autem in Elim filij Israel, ubi erant duodecim fontes aquarum, & septuaginta palmae: & castramentati sunt iuxta aquas.

**CAPUT XVI.**

*Murmurantes in deserto Sin de ciborum inopia Israelitis, mittit Dominus coturnices & pluit Man ad saturitatem: iussio Domini de Sabbato servando, & manna colligendo, & in monumentum reponendo, quo eos aluit quotidie per quadraginta annos.*

\* Nempè 22. 23. & 24. eiusdem mensis.

\* Judith 5. *Ecl. 38. 5.*

\* Huc spectat locus Jerem. 7. 21.

\* Num. 33. **IN BENEDICT. PALMAR. EPIST.**

1. Pro-

Sap. 11. 2.

\* Eodem Ann. M. 2513.

1. **P**rofectique sunt de Elim, & venit omnis multitudo filiorum Israel in desertum Sin, quod est inter Elim & Sinaï: quoddecimo die mensis secundi\*, postquam egressi sunt de terra Aegypti.

2. Et murmuravit omnis congregatio filiorum Israel contra Moysen & Aaron in solitudine.

3. Dixeruntque filij Israel ad eos: Utinam mortui essemus per manum Domini in Terra Aegypti, quando sedebamus super ollas carniùm, & comedebamus panem in saturitate: cur eduxistis nos in desertum istud, ut occideretis omnem multitudinem fame?

4. Dixit autem Dominus ad Moysen: Ecce ego pluviam vobis panes de caelo: egredietur populus, & colligat quae sufficiunt per singulos dies: ut tentem eum utrum ambulet in lege mea, an non.

5. Die autem sexto parent quod inferant: & sit duplum quàm colligere solebant per singulos dies.

6. Dixeruntque Moyses & Aaron ad omnes filios Israel: Vesperè sciatis quòd Dominus eduxerit vos de terra Aegypti:

7. & manè videbitis gloriam Domini: audivit enim murmur vestrum contra Dominum: nos verò quid sumus, quia missistis contra nos?

8. Et ait Moyses: Dabit vobis Dominus vesperè carnes edere, & manè panes in saturitate: eò quòd audivit murmuraciones vestras quibus murmurati estis contra eum, nos enim quid sumus? nec contra nos est murmur vestrum, sed contra Dominum.

9. Dixit quoque Moyses ad Aaron: Die universae congregationi filiorum Israel: Accedite coram Domino: audivit enim murmur vestrum.

10. Cùmque loqueretur Aaron ad omnem coetum filiorum Israel, respexerunt ad solitudinem: & ecce gloria \* Domini apparuit in nube.

11. Locutus est autem Dominus ad Moysen, dicens:

12. Audivi murmuraciones filiorum Israel, loquerè ad eos: Vesperè comedetis carnes, & manè saturabimini panibus: sciatisque quòd ego sum Dominus Deus vester.

13. Factum est ergo vesperè, & \* ascendens coturnix, cooperuit castra: manè quoque ros iacuit per circuitum castrorum.

14. Cùmque operuisset superficiem ter-

rae, \* apparuit in solitudine minurum, & quasi pilo tusum in similitudinem pruinae super terram.

15. Quod cùm viderent filij Israel, dixerunt ad invicem: Manhu? quòd significat: Quid est hoc? ignorabant enim quid esset. Quibus ait Moyses: \* Iste est panis, quem Dominus dedit vobis ad vescendum.

16. Hic est sermo, quem praecipit Dominus: Colligat unusquisque ex eo quantum sufficit ad vescendum: gomor per singula capita, iuxta numerum animarum vestrarum quae habitant in tabernaculo sic tolletis.

17. Feceruntque ita filij Israel: & colligerunt, alius plus, alius minus.

18. Et mepsi sunt ad mensuram gomor: \* nec qui plus collegerat, habuit amplius: nec qui minus paraverat, reperit minus: sed singuli iuxta id quòd edere poterant, congregaverunt.

19. Dixitque Moyses ad eos: Nullus relinquat ex eo in manè.

20. Qui non audierunt eum, sed dimiserunt quidam ex eis usque manè, & scaterè cepit vermicibus, atque computruit, & iratus est contra eos Moyses.

21. Colligebant autem manè singuli, quantum sufficere poterat ad vescendum: cùmque incluisset sol, liquefibat.

22. In die autem sexta collegerunt cibos duplices, id est, duo gomor per singulos homines: venerunt autem omnes principes multitudinis, & narraverunt Moysi,

23. Qui ait eis: Hoc est quòd locutus est Dominus: Requies sabbati sanctificata est Domino cras: quòdcumque operandum est, facite: & quo coquenda sunt coquite: quidquid autem reliquum fuerit, reponite usque in manè.

24. Feceruntque ita ut praeciperat Moyses, & non computruit, neque vermicibus inventus est in eo.

25. Dixitque Moyses: Comeditis illud hodiè, quia sabbatum est Domini: non invenietur hodiè in agro.

26. Sex diebus colligite: in die autem septimo sabbatum est Domini, idcirco non invenietur.

27. Venitque septima dies: & egressi de populo ut colligerent, non invenierunt.

28. Dixit autem Dominus ad Moysen: Usquequo non vultis custodire mandata mea, & legem meam?

29. Videte quòd Dominus dederit vobis sabbatum, & propter hoc die sexta

\* Sap. 16. 20. *Num. 11. 7. Ps. 77. 24. Joan. 6. 31.*

\* 1. Cor. 10. 2.

\* 2. Cor. 8. 15.

\* Ecl. 45. 5.

\* Num. 11. 31.



tribuit vobis cibos duplices: maneat unusquisque apud semetipsum, nullus egrediatur de loco suo die septimo.

30. Et sabbatizavit populus die septimo.

31. Appellavitque domus Israël nomen eius Man: quod erat quasi semen coriandri album, gustusque eius quasi similia cum melle.

32. Dixit autem Moyses: Iste est sermo, quem præcepit Dominus: Imple gomor ex eo, & custodiatur in futuras retrō generationes: ut noverint panem, quo alui vos in solitudine, quando educti estis de Terra Ægypti.

33. Dixitque Moyses ad Aaron: Sume vas unum, & mitte ibi Man, quantum potest capere gomor: & reponē coram Domino ad servandum in generationes vestras:

34. sicut præcepit Dominus Moysi. Posuitque illud Aaron in tabernaculo reservandum.

\* 2. Esdr. 9. 21. Judith 5. 15. 35. \* Filij autem Israël comederunt Man quadraginta annis, donec venirent in terram habitabilem: hoc cibo aliti sunt, usquequo tangerent fines terræ Chanaan. 36. Gomor autem decima pars est Eph.

## CAPUT XVII.

*Rursum murmurantibus in Raphidim ob aquę penuriam filijs Israël, dat Dominus aquam de petra: Amalecites invadunt Hebræos, sed pugnant Josuē, & in monte Moyses extensis manibus orante, vincuntur.*

Eodem anno M. 2513. eodem mense 1. 1. **I**gitur profecta omnis multitudo filiorum Israël de deserto Sin per mansiones suas, iuxta sermonem Domini, castrametati sunt in Raphidim, ubi non erat aqua ad bibendum populo.

\* Num. 20. 4. 2. \* Qui iurgatus contra Moysen, ait: Da nobis aquam, ut bibamus. Quibus respondit Moyses: Quid iurgaminī contra me? cur tentatis Dominum?

3. Sitivit ergo ibi populus prę aquę penuria, & murmuravit contra Moysen, dicens: Cur fecisti nos exire de Ægypto, ut occideres nos, & liberos nostros, ac iumenta siti?

4. Clamavit autem Moyses ad Dominum, dicens: Quid faciam populo huic? adhuc paululum, & lapidabit me.

\* Sup. 14. 21. Pi. 77. 15. 1. Cor. 10. 4. 5. Et ait Dominus ad Moysen: Antecede populum, & sume tecum de senioribus Israël: & virgam qua \* percussisti

fluvium, tolle in manu tua, & vade.

6. En ego stabo ibi coram te, supra petram Horeb: percutiesque petram, & exibit ex ea aqua, ut bibat populus. Fecit Moyses ita coram senioribus Israël:

7. & vocavit nomen loci illius, Tentatio, propter iurgium filiorum Israël, & quia tentaverunt Dominum, dicentes: Est ne Dominus in nobis, an non?

8. \* Venit autem Amalec, & pugnavat contra Israël in Raphidim. \* Deut. 25. 17. Judith 4. 13. Sap. 11. 3.

9. Dixitque Moyses ad Josuē: Elige viros: & egressus, pugna contra Amalec: cras ego stabo in vertice collis, habens virgam Dei in manu mea.

10. Fecit Josuē ut locutus erat Moyses, & pugnavit contra Amalec: Moyses autem & Hur ascenderunt super verticem collis.

11. Cūque levaret Moyses manus, vincebat Israël: sin autem paululum remisisset, superabat Amalec.

12. Manus autem Moysi erant graves sumentes igitur lapidem, posuerunt subter eum, in quo sedit: Aaron autem & Hur sustentabant manus eius ex utraque parte. Et factum est ut manus illius non lassarentur usque ad occasum solis.

13. Fugavitque Josuē Amalec, & populum eius in ore gladij.

14. Dixit autem Dominus ad Moysen: Scribe hoc ob monumentum in libro, & trade auribus Josuē: delebo enim memoriam Amalec sub cælo.

15. Edificavitque Moyses altare: & vocavit nomen eius, Dominus exaltatio mea, dicens:

16. Quia manus solij Domini, & bellum Domini erit contra Amalec, a generatione in generationem.

## CAPUT XVIII.

*Iethro socer Moysi uxorem cum filiis ad eum reducit: & auditis Dei operibus, cum Dominum laudasset, eique sacrificasset, sanum consilium Moysi dedit in constituendis iudiciorum magistratibus, qui minora didicent.*

1. Cūque audisset Iethro, sacerdos Matian, cognatus \* Moysi, omnia quę fecerat Deus Moysi, & Israëli populo suo, & quod eduxisset Dominus Israël de Ægypto:

2. tulit Sephoram uxorem Moysi quam remiserat:

Ann. M. 2514. Ant. Chr. 1490. Ab exitu anno 2. mense item 2. \* Hebr. Sacer; Sic Child. Græc. Samaritan. Syms & A-rabs; tum ibi tum in seq. Etiam nos-ter, sup. 3. 1.

3. &amp;

\* Sup. 22. 3. & duos filios eius, quorum unus vocabatur Gersam, dicente patre: \* Advena fui in terra aliena.

4. Alter verò Eliezer: Deus enim, ait, patris mei adiutor meus, & eruit me de gladio Pharaonis.

5. Venit ergo Iethro cognatus Moysi, & filij eius, & uxor eius ad Moysen in desertum, ubi erat castrametatus iuxta montem Dei.

6. Et mandavit Moysi, dicens: Ego Iethro cognatus tuus venio ad te, & uxor tua, & duo filij tui cum ea.

7. Qui egressus in occursum cognati sui, adoravit, & osculatus est eum: salutaveruntque se mutuo verbis pacificis. Cūque intrasset tabernaculum,

8. narravit Moyses cognato suo cuncta quę fecerat Dominus Pharaoni, & Ægyptiis propter Israël: universumque laborem, qui accidisset eis in itinere, & quod liberaverat eos Dominus.

9. Lætatusque est Iethro super omnibus bonis, quę fecerat Dominus Israël, eò quod eruisset eum de manu Ægyptiorum,

10. & ait: Benedictus Dominus, qui liberavit vos de manu Ægyptiorum, & de manu Pharaonis, qui eruit populum suum de manu Ægypti.

11. Nunc cognovi, quia magnus Dominus super omnes deos: eò quod \* superbe egerint contra illos.

\* Sup. 1. 14. & 5. 7. & 10. 10. & 14. 8.

12. Obtulit ergo Iethro cognatus Moysi holocausta & hostias Deo: veneruntque Aaron & omnes seniores Israël, ut comederent panem cum eo coram Deo.

13. Altera autem die sedit Moyses ut iudicaret populum, qui assistebat Moysi a mane usque ad vesperam.

14. Quod cum vidisset cognatus eius, omnia scilicet quę agebat in populo, ait: Quid est hoc quod facis in plebe? cur solus sedes, & omnis populus præstolatur de mane usque ad vesperam?

15. Cui respondit Moyses: Venit ad me populus querens sententiam Dei.

16. Cūque acciderit eis aliqua disceptatio, veniunt ad me ut iudicem inter eos, & ostendam præcepta Dei, & leges eius.

17. At ille: Non bonam, inquit, rem facis:

18. stulto labore consumeris & tu, & populus iste qui tecum est: ultra vires tuas est negotium, \* solus illud non poteris sustinere.

\* Deut. 1. 12.

19. Sed audi verba mea atque consilia,

& erit Deus tecum. Esto tu populo in his quę ad Deum pertinent, ut referas quę dicuntur ad eum:

20. ostendasque populo ceremonias & ritum colendi, viamque per quam ingredi debeant, & opus quod facere debeant.

21. Provide autem de omni plebe viros potentes, & timentes Deum, in quibus sit veritas, & qui oderint avaritiam, & constitue ex eis tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos

22. qui iudicent populum omni tempore: quiddid autem malus fuerit, referant ad te, & ipsi minora tantummodo iudicent: leviusque sit tibi, partito in alios onere.

23. Si hoc feceris, implebis imperium Dei, & præcepta eius poteris sustentare: & omnis hic populus revertetur ad loca sua cum pace.

24. Quibus auditis, Moyses fecit omnia quę ille suggererat.

25. Et electis viris strenuis de cuncto Israël, constituit eos principes populi, tribunos, & centuriones, & quinquagenarios, & decanos.

26. Qui iudicabant plebem omni tempore: quiddid autem gravius erat referebant ad eum, faciliora tantummodo iudicantes.

27. Dimisitque cognatum suum: qui reversus abiit in \* terram suam.

\* Vide Num. 10. 29.

## CAPUT XIX.

*Israélite motis castris veniunt in Sinai: Moyses iussu Dei ascendit in montem, monita eius refert ad populum, qui sanctificari iubetur, ut descendat Dominus in fulgure & tonitru, coram omni plebe Moysi locuturus.*

1. **M**ense tertio egressionis Israël de Terra Ægypti, in die hac \* venerunt in solitudinem Sinai.

2. Nam profecti de Raphidim, & pervenientes usque in desertum Sinai, castrametati sunt in eodem loco, ibique Israël fixit tentoria e regione montis.

3. \* Moyses autem ascendit ad Deum: vocavitque eum Dominus de monte, & ait: Hęc dies domui Jacob, & annuntiabis filiis Israël:

4. Vos \* ipsi vidistis quę fecerim Ægyptiis, quo modo portaverim vos super alas aquilarum, & assumpserim mihi.

5. Si ergo audieritis vocem meam, &

Num. 33. 15. \* Idest, eiusdem numeri, vide licet tertia mensis tertij: ibique annum ferre intergrum manserant, ut videre est Num. 10. 11. 12. \* Ab. 7. 38. \* Deut. 29. 2.